Ann. III. Num. XII.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

BIS IN MENSE PRODIT

Pretium annuae subnotationis, *ante solvendum*, est: in Italia Libellarum 10; ubique extra Italiam Lib. 15; M. 12; Sch. 12; Doll. 3; Rubl. 6; Flor. 7 ½.

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in extremis commentarii paginis Lib. 0.50 pro *unoquoque centimetro quadrato.*

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI *equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem*

ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA

Subnotatio fieri potest:

IN ITALIA
Apud Desclée, Lefebvre et Soc.
ROMAE, Via Santa Chiara, 20-21.

IN ANGLIA
Apud Burns and Oates
LONDON W. — 28, Orchard Street.

IN CIVITATIBUS FOEDERATIS AMERICAE SEPTENT.
Apud
Commissariat of the Holy Land.
NEW YORK, 143 w 96th St.

IN CANADA ET NEWFOUNDLAND
NEW YORK (U. S. Americ.), 143 w 96th St.

IN BELGICA
Apud Desclée, Lefebvre et Soc.
BRUXELLES, Rue de la Montagne, 52.

IN GALLIA
LUGDUNI
Apud Desclée, Lefebvre et Soc.
Rue Victor Hugo, 5

LUTETIAE PARISIORUM
Librairie Vic et Amat
Charles Amat Succ.
Rue Cassette, 11.

INSULIS (LILLE)
Apud Desclée, Lefebvre et Soc.
Rue de Metz, 41.

IN HUNGARIA
Apud
C. B. Leptay, corresp. de Hongrie
BUDAPEST, Palais du Théâtre National.

RERUM INDEX

ROMAE

EX OFFICINA FORZANI ET SOCII

M DCCCC

Ann. III. Romae, Idibus Iuniis MDCCCC. Num. XII.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

PRETIUM SUBNOTATIONIS:
In Italia: Lib. 10 — Ubique extra Italiam:
Lib. 15. M. 12, Sch. 12, Doll. 3, Rubl. 6, Flor. 7 ½.

BIS IN MENSE PRODIT

POSSESSOR ET ADMINISTRATOR:
ARISTIDES LEONORI, eques.
ROMAE - Via Alessandrina, 87.

OPERARIORUM FAMILIAE

Si qui sunt, inter catholicae doctrinae adsertores, qui assuetum humanae societatis ordinem eiusque necessitates, sive mala quibus plerumque laborat, propius spectent, eos equidem oportet in operariorum familias, prouti nunc, oeconomicis legibus e recentissima libertate partis, reguntur, oculos, studia curasque omnes intendere.

Gens enim et familia populorum et nationum quasi nucleus constituta est ac fundamentum, quippe quae primam vitae communionem praeseferat inter eiusdem generis viros arcto sanguinis vinculo ac mutuo caritatis amore connexos. Inde itaque e prima veluti fonte vita omnis privata vel publica manat, inde alitur animus, amor eruditur, interque perpetuam naturae foecunditatem maiorum generationes nepotumque ad invicem alligantur.

Virtutum palaestra paterna domus prima est rursusque tutissimum quietis refugium, quo affectum tumultu vel quotidiana vivendi pugna defatigati certatim cives redimus. Quare quisquis angularem hunc communitatis lapidem sive legibus, sive mala consuetudine effodere, aut labefactare quomodocumque contenderit, insanum sese opus amensque scelus aggredi sciat, veluti si propriae domui ignem immittere, vel aerem, quem spiramus, contaminare atque corrumpere mitatur.

Quod tamen, miserrimum visu, hodiernis diebus perpetrari haud raro cernimus. Equidem enim aliud sibi optant vesana illa pessimaque tentamina, quibus datum est familiarum fundamenta, earumque praecipue, quae conducta manuum opera vitam trahunt, impie subvertere?

Quorum equidem primum maximeque perniciosum iure existimanda est irrefraenata haec morum corruptio, quae ubique in viis, in theatris, in libris, in signis inque pictis tabulis succrescens, quasi putredo oculis scatet. Inde sancta coniugii vincula paulatim resolvi, puerorum ludi immaturae pravitatis exemplo foedari, ipsaque Dei templa non raro impia mente profanari videmus.

Dum enim affectus corrumpuntur, ipsa mentis ratio oberrat propositis, adolescentibus praecipue, documentis quavis religiosa pietate ieiunis, immo incredula plerumque doctrina fartis; cui non modo verba, sed et ipsa magistrorum et optimatum opera infauste consentiunt. Quapropter concussa imperii magistratumve dignitate, nulla amplius auctoritas veneratione satis digna reputatur, ipsiusque legis iussa contemnuntur.

Quamquam pecuniariae, quam dicimus, caussae gemino prorsus, nec minus valido influxu ad eamdem ruinam compellimur: aspera enim necessitatis lex, quae ipsas saepe integras fidei vires candidamque religionem infringit. Quum enim operarius labori per diem omnem mancipatus a dilectis suis abest, cumque saepe nocturno etiam tempore aut officina aut fodina detinetur, cum vel feriis diebus operi vacare cogitur, cito evenit ut rudem quamdam vitae formam ita sibi effingat, qua et religionis et familiae debita officia paulatim deleantur. His adduntur mercedis exiguitas atque incerta in dies vices, qua plerique ab ineundis nuptiis arcentur, inque morum corruptelam facilius corruunt; dum ex adverso uxores pariter et virgines, familiaribus officiis derelictis, ad officinas et ipsae concurrunt, post quas saepe ipsi pueruli, summa iuventa, inter machinarum strepitum, vel in fodinarum tenebras descendunt, ut aliquod imperiti adhuc operis pretium lucrentur, quod in commune familiae sustentamentum conferant.

Tot malorum extrema inebriantibus potibus abutendi consuetudo tenet, quorum cupiditas nimio labore excitatur, quasi fervido haustu corpus spiritusque simul recreentur. Contra enim post delapsum brevis ebrietatis fervorem gravius virium detrimentum experitur potator, eiusque mentis acies obscurior fit, dum valetudo, paulatim labefactata, laboris impatiens quotidie magis evadit.

Haec sunt, nec punctum rei veritati addimus, hodiernae plebeiorum familiae miserrima mala, quibus curandum sedulo, ut levamen atque medela feratur; quod ni cito respublica caveat, imprudenter stulteque neglexisse brevi forsan compatiet.

P. Rossani.

DE CERTAMINE POETICO HOEUFFTIANO

Non dubito quin pluribus, cum bis commentarius noster in poetici certaminis, quod annuum Amstelodami, ex legato Hoeufftiano, indicitur, mentionem inciderit, de eius origine atque exitu pauca nosse libeat, praesertim cum tota in latino eloquio res pendeat, et saepius de poetica laude certantibus ex Italia scriptores paene omnibus palmam praeripuisse constet.

Iacobus Henricus Hoeufft nobili loco in oppido Dordrecht III Kal. Quinct. MDCCLVI ortus, a prima adolescentia ad bonas litteras ingenii aciem adeo intendit ut, decimum quartum aetatis annum vix supergressus, Hagae in sedem studiorum cooptandus, multa omnium qui aderant admiratione, latinam rite habuerit orationem luculenter expressam. Legum peritus Lugduni Batavorum admodum adulescens dictus, ut rem publicam, qua maiorum nobilitate erat, capesseret, Hagam revertit, et quattuor annos magnis functus honoribus, Bredam se recepit, ubi litteris abditus diem obiit supremum.

Eius opera, ut quae materna lingua conscripserit, silentio involvam, maxima laude circumferuntur: *Carmina iuvenilia*, *Pericula poetica*, *Parnassus latino-belgicus*, *Carminum epidosis*.

Itaque cum tantum peritaret in poetarum studio atque amore, nil mirum quod testamento, apud Naarsen signatorem Bredae pecunia ad id posita, caverit ut Regia disciplinarum Academia Nederlandica nummum aureum cuderet illi quotannis tribuendum, qui victos certamine poesim discesserit.

Carminum, quae iudicibus oblata, praemium tulere, haud parva quidem laus est italicum [illegible] Dom. Vitrioli, cum poemate *Xiphias* inscripto initium fecisse, quem non ita multo post Giacoletti, Damni, Sterna, Giovannini exceperunt, Octavium vero tandem post Ioannes Pascoli e castro Sancti Mauri, quem tum Liburnenses cum Bargaei civitate donarunt, ceteris tantum excellit,

quantum lenta solent inter viburna cupressi,

ut, in carminibus latine pangendis, anteferatur huic nemo, pauci pares putentur.

Quae igitur cecinit *Veianius*, *Phidyle*, *Myrmedon*, *Coena in Candiano Nervae*, *Reditus Augusti*, *Sosii fratres bibliopolae*, omnia ita elucent, ut scripta videantur aureo illo saeculo Vergilii atque Horatii; quippe alterius vim ac suavitatem redoleant, alterius sales atque elegantiam.

Idem « magnam laudem » quam dicunt cum poematis quae *Laureolus*, *Castanea*, *Iugurtha* et *Catullocalvos* inscripta erant, assecutus est; in quo iterum ac saepius Rosati, Carrozzari, Zappata, aliique multi, nostrates quidem, pariter ierunt: qui omnes latinam linguam non ab ipso antiquitatis regno penitus exsulasse fidem faciunt.

Sed quoniam ad haec per certamen Hoeufftianum venimus, non indignum videtur et ad certaminis, quod *Vox Urbis* (ann. III, n. 1) indixit, memoriam excitare cives et advenas, ne, si nulla vel pauca tantum ad trutinam scripta fuerint vocata, dicendum sit Italiam, bonarum artium parentem, tot tantisque divitem ingeniis, parvae Bataviae cessisse! Quod Deus avertat.

A. Bartoli.

DE SALTUS POLONORUM ORIGINE
QUI DICITUR *MAZUR*

Quis est, qui dubitet, quin omnes liberales quae dicuntur artes ex imitatione naturae emanaverint ita, ut hac quoque in re illud Vergilii *Hos natura modos primum dedit* (*Georg.* III, 20) adhiberi possit? At quae earum prima coli coepta sit, aut quo ordine alia aliam sint secutae, hoc iam investigandi modum forsitan excedat. Equidem cantum, si non primum, certe quidem inter primas, quas genus humanum colere coeperit artes libera-

COMMENTARII "VOX URBIS" INDICES SINGULI

III num. ann. III.

Ioannis Baptistae Gandini Oratio Romae habita in Capitolio XII kal. Febr a. MDCCCC.
Novi saeculi spiritus - I. Antonelli.
Theologiae studia ceteris disciplinis iuvanda - F. Tedeschini.
« Annus archaeologicus » - Forfex.
Ave Maria - F. X. Reuss.
Fanaticus Indorum furor - Hersilus.
De Onuphrio Panvinio deque eius operibus editis atque ineditis - F. Ramorino.
De Vaticana aula quae vulgo « a Signatura » appellatur - Laelius.
Quid sit de telepathicis casibus sentiendum - R. Spina.
Lollius sive de provecta latinitate - P. Angelini.
Vita functi viri clariores - I. F.
Ex Russia - De calendario apud Russos immutando - D. Lascaris.
De festo Purificationis B. M. V. eiusque origine - F. C.
Novum ad Orientem iter propositum - A. L.
Annales - Poplicola.
Publici per orbem coetus legibus ferendis - Scriba.
Librorum recensio - ...
Aenigmata - P. Alexis.

In tertia operculi pagina:

Per orbem - Viator.
Varia: *Cinemicrophonographus* - *Ioci ex historiis* - P. d. V.

IV num. ann. III.

Maurus Ricci - *Vox Urbis.*
Danti Aligherio in obitu suae Beatricis - M. Ricci.
Theologiae studia ceteris disciplinis iuvanda - F. Tedeschini.
De criminibus in ingenuarum artium operibus - I. Antonelli.
Ex Germania - De lepidopteris lege - P. Alt.
De reliquiis vetustissimorum animalium prope Romam inventis - y. z.
Castitati honos tributus apud maiores - A. Costaggini.
Nicolai Machiavelli sententiae de bello et pace - C. Deiso.
De Lyrplia portu anglico - H. A. Strong.
Communia vitae - De diversis animalium vocibus - H. D. V. Pieralice.
Lollius sive de provecta latinitate - P. Angelini.
Vita functi viri clariores - I. F.
Canales qui maximi - A. L.
Fur a fure ludificatus - F. X. Reuss.
Quaestioni de latini eloquii pronuntiatione responsum alterum - P. A. Rovitti.
Annales - Poplicola.
Publici per orbem coetus legibus ferendis - Scriba.
Librorum recensio - H. P.
Aenigmata - I. Wabner.

In tertia operculi pagina:

Per orbem - Viator.
Varia: *Nulla ex electride damna* - P. d. V.
Ioci - I. Sola.

V num. ann. III.

Ad Virginem Deiparam ut Leoni XIII Pont. Max. annum nonagesimum explenti diuturnam impetret incolumitatem - F. X. Reuss.
De libro ab Herma conscripto cui titulus « Pastor » - F. Card. Segna.
De linguae latinae natura ac proprietate - P. Rasi.
Notae apud maiores sacrae - A. Costaggini.
Ioannes Ruskin - I. Antonelli.
Notitiae litterarum et artium - De anno et loco in quo natus est sanctus Thomas vulgo Aquinas - T. Paci.
Protrahendae vitae praecepta - R. Spina.
Perseus et pugiles ab Antonio Canova insculpti - Laelius.
De casu ad res reperiendas homini utiles - Hersilus.
Lollius sive de provecta latinitate - P. Angelini.
Communia vitae - Nonnulla quae ad convivium - H. D. V. Pieralice.
Quaesitis responsio - I. De latini eloquii pronuntiatione - A. Sordet.
II. De nomine telegrapho fili experti imponendo - I. Tasset.
Annales - Poplicola.
Publici per orbem coetus legibus ferendis - Scriba.
Aenigmata - Digamma.

In tertia operculi pagina:

Per orbem - Viator.
Varia: *Conditiones pro Iubilaeo Maiori seu Anni Sancti versiculis contentae memoriae iuvandae gratia* - I. B.
Sublimis Porta - P. d. V.

VI num. ann. III.

De foedere inter Anglicas Australiae colonias - Romanus.
De linguae latinae natura ac proprietate - P. Rasi.
Grammatici et rhetores apud Romanos - I. Iachino.
In mortem Caesaris Cantù - Aloisia Anzoletti.
Liquidus e fluido factus aer - M. Lani.
Bonarrotii tabula « Parcas » referens - Laelius.
Ex Americis - De pilae ludo « base-ball » nuncupato - H. Doswald.
De sacris stationibus - F. C.
Communia vitae - De supellectili mensarum - H. D. V. Pieralice.
Vita functi viri clariores - I. F.
Horae subsecivae - Idibus Martiis an. a. C. n. XLIV - A. Basili.
Quaesitis responsio - De recta latina verba enuntiandi ratione - F. Ramorino.
Annales - Poplicola.
Publici per orbem coetus legibus ferendis - Scriba.
Librorum recensio - Forfex.
Aenigmata - A. E. de Druffel.

In tertia operculi pagina:

Per orbem - Viator.
Varia: *Stomachi photographia* - P. d. V.
Epistolarum commercium - A secretis.

VII num. ann. III.

Christianae antiquitatis doctorum Urbanus conventus - *Vox Urbis.*
De linguae latinae natura ac proprietate - P. Rasi.
Ex Gallia - Ludovici Noni carcer ad Mansourah - Monteluccius.
Carmen natalicium - A. Bartoli.
De perpetuo in Scandinavis regionibus die - A. Vieillot.
Puerorum lusus verno tempore Pompeiis - Laelius.
De rhedis electride actis - Rolandus.
Quid inter piscem et kal. Apriles? - P. Alexis.
Lollius sive de provecta latinitate - II. - P. Angelini.
Idiotarum institutio - R. Spina.
Communia vitae - De priscis et hodiernis eduliis - H. D. V. Pieralice.
Quaesitis responsio - De latini eloquii pronuntiatione - D. Macrae - I. Tasset.
Annales - Poplicola.
Publici per orbem coetus legibus ferendis - Scriba.
Aenigmata - Fr. X. Reuss.

In tertia operculi pagina

Per orbem - Viator.
Varia: *Melleae fodinae* - P. d. V. — *Ioci* - I. Sola.
Epistolarum commercium - A secretis.

VIII num. ann. III.

Christianae antiquitatis doctorum urbanus conventus (XV-VII kal. Maias MDCCCC) - G. P.
De Iuvenco poeta christiano - I. Lemette.
Nuperrime circa « stelam » in Romano Foro effossa - Romanus.
Vita functi viri clariores - I. F.
Ioannes Baptista de Rossi - A. Costaggini.
Fossaenovae abbatia - H. D. V. Pieralice.
De Horatii Marucchi opere cui titulus « Éléments d'archéologie chrétienne » - F. Ramorino.
Lollius sive de provecta latinitate - P. Angelini.
« Dominica palmarum » - F. C.
Christo Redemptori regi saeculorum triumphanti - Fr. X. Reuss.
De torpedinariis navibus luce actis - Hersilus.
Annales - Poplicola.
Publici per orbem coetus legibus ferendis - Scriba.
Sociis monitum - *Vox Urbis.*
Aenigmata - Digamma.

In tertia operculi pagina:

Per orbem - Viator.
Varia: *Nonnulla de Anglis* - P. d. V.

IX num. ann. III.

Christianae antiquitatis cultoribus Romae congregatis salutatio - L. M. Card. Parocchi.
Kalendis Maiis - De proletariis - I. Toniolo.
De manuum labore inter gentes tuendo - P. Rossani.
Ex Germania - De Borussa Scientiae Academia - P. Alt.
De linguae latinae natura ac proprietate - P. Rasi.
Socius peculiari dono ornatus - *Vox Urbis.*
Veterum navigia - A. Costaggini.
Alexandri Manzonii carmen inscriptum *Il Cinque Maggio* - M. Ricci.
Textura electrica ac telettroscopium - M. Lani.
Auditus et musice - R. Spina.
Polypi immanes - Alpha.
Lollius sive de provecta latinitate - P. Angelini.
Communia vitae - Venatores et venatoria - H. D. V. Pieralice.
Christianae antiquitatis doctorum Urbanus habitus conventus - A. L.
Perillustri viro equiti Nicolao Galdo condolescentis animi sensus ob amatissimi filii excessum - I. Broia.
Quaesitis responsio - De latini eloquii pronuntiatione - Microvir.
Annales - Poplicola.
Librorum recensio - P. A.
Aenigmata - P. Garrone.

In tertia operculi pagina:

Per orbem - Viator.
Varia: *Quid inter Napoleonem I et literam M.* - *Europaearum in orbe usus linguarum* - *Psittaci precantes* - P d V.
Epistolarum commercium - A secretis.

X num. ann. III.

De popularibus itemque agrariis athenaeis - P. G.
De linguae latinae natura ac proprietate - P. Rasi.
De stilo artis christianae - Cultoribus christianarum antiquitatum convivium habentibus - B. Magni.
Notitiae litterarum et artium - Ad Tarentum inventa - T. Paci.
Ad Mariam mense Maio volvente pacis vota - I. Sola.
Rolandi fabula - I. Antonelli.
De praecipuis basilicis Urbis - Alpha.
Flora - H. P.
Lollius sive de provecta latinitate - P. Angelini.
Risus et hilaritas - R. Spina.
Communia vitae - De indumentis virorum - P. Alexis.
Quaesitis responsio - De unica eademque recta apud omnes pronuntiatione latina - H. D. V. Pieralice.
Annales - Poplicola.
Publici per orbem coetus legibus ferendis - Scriba.
Aenigmata - A. E. de Druffel.

In tertia operculi pagina:

Per orbem - Viator.
Varia: *Peracti saeculi utilitas, et gloria senescentibus* - *Novae virtutis arbutus* - *Solaris lux in servitutem redacta est!* - *Ovum princeps* - *Singulare et mirabile* - P. d. V.

XI num. ann. III.

De popularibus legislatorum comitiis - P. Rossani.
De linguae latinae natura ac proprietate - P. Rasi.
De stela in Romano Foro effossa novae animadversiones - Romanus.
In hodiernum « progressum » - Fr. Xav. Reuss.
De quadam transvaaliana poetria - T. Paci.
Ex Americis - *Philoctetes* Sophoclea tragoedia in scenis acta - I. B.
Tuscaniensis S. Petri aedes - A. Costaggini.
De quorumdam moroso musicorum ingenio - Hersilus.
Vita functi viri clariores - P. A.
De labyrinthis - A. Vieillot.
Lollius sive de provecta latinitate - P. Angelini.
Communia vitae - De indumentis virorum - P. Alexis.
Quaesitis responsio - De latini eloquii pronuntiatione - H. Doswald.
Annales - Poplicola.
Publici per orbem coetus legibus ferendis - Scriba.
Aenigmata - Tirunculus.

In tertia operculi pagina:

Per orbem - Viator.
Varia: *Singulare expergisculum* - *Melodion* - *Ioci* - P. d. V.
Epistolarum commercium - A secretis.

quidem propositio videretur optima, si simplex fuisset; id est, si nulla admitteretur exceptio; tunc enim in hanc formulam redigi posset: consona quaeque scribatur simplex pro duobus, idest *una*, quandoquidem *una* consona sonet; nam si duarum sonitus percipiatur, tum duae scribantur; hoc modo nota sono aequiparabitur, quemadmodum videre est in recentiori hispanici sermonis orthographia.

Non ita vero haec Baresius, qui plures sinit permanere exceptiones, nec iustas illas, nec necessarias. E. gr. quum ille desideret *n* duplicem in voce: *innavigable* servari, quia (ut ait) negationem implicat, incredibilem prorsus rationem arbitrariae rei edit, quum nulla alia ratio quaerenda sit, nisi quod duae in hoc casu sonant consonae: nam pronuntiatur *inn'navigable*, non autem *inavigable* (quod hispanicae magis pronuntiationis est), nec desunt in Gallia qui talia verba Hispanorum instar enunciant, ineleganter quidem, cum peculiare nonnullis e plebe Lutetiae sit id vitium.

At non desunt casus in quibus melior pronuntiatio dubia manet: ita nonnulli in septemtrionali Galliae regione vocem *sommet*, *somm'met* sonant; maior pars autem: *somet*. Constat quidem in voce *sommité* duplicem consonae sonitum reddi debere; item de voce *sommairement*; inde perplexum quid nascetur, quum in *sommet* una tantum, in *sommité* duae audiantur consonae. Recte igitur dici potest eloquio prius esse consulendum, quam orthographia reformetur.

Quod ad litteram *l* pertinet, similiter agit Barès; nam vult *installer* scribi una consona (*instaler*). Quo autem iure? An ignorat multos vel sapientissimos pronuntiare *install'ler*, inter quos Ramnetenses, a quibus oriundus orator maxime purus Waldeck-Rousseau? Non aliter de voce *colliger* plurimisque aliis, ubi *l* iteratur.

Imo sunt et qui duplicem pronuntiant consonam *m* in *commerce*, inter quos Atrebates. Erronea certe ea pronuntiatio habetur, non tamen adeo absurda; nempe *commercial* utroque modo exprimimus, alii cum unius *m*, alii cum duarum *m* sonitu.

Quod ad litteram *c*, Barès omnem eius consonae duplicationem prohibet, non animadvertens saepe duo[illegible], ut in voce *bacchanale* vitne ling[illegible] ad depravatam elocutionem flec[illegible] *Bacchus* in *Bâcus* mutatur?

[illegible] *accès*, *accident* [illegible] *fiction*, *action* vert[illegible] *c* in litteram *s* mutetur; [illegible] sem[illegible] quamdam inesse con[illegible] consonas *c*, quarum altera sibil[illegible] hispanica quidem lingua (1) (vel[illegible], in sermone [illegible]*iliensi*), nulla surg[illegible] confusio [illegible] quum diverse adm[illegible] sonent; [illegible] ut aliquando amb[illegible] Hispani *exces*[illegible] vert[illegible]; non tamen [illegible]verunt *action* in *a*[illegible], sed *accion* scribunt. Si [illegible] aliud quaerit Barè[illegible] quam simpliciorem scribendi rationem, cur non [illegible] *axès*, *axidant*? Hoc Hispani scribere nequ[illegible], nam hispanice *axès* non aliter quam *agès* pron[illegible]retur, id [illegible] gutturali [illegible], quod verb[illegible]ficationem omnino mutaret.

[illegible] Gallos duplex est eiusdem notae *c* s[illegible]us; aut [illegible] sonat ut *s*, aut ut *k*; cuius duplici[illegible]us quae[illegible] sit origo videamus.

In pristino gallico sermone *c* plerumque sonabat ut *k* vel ut *ch*, nunquam vero sibilabat; posteriori tamen sermonis corruptione evenit ut in plurimis verbis *c* dura, vel *chuintans* (*ch*) commutaretur in *s* sibilantem. Non aliter *cet homme* a *cel home* ortum est, quod quidem pronuntiabatur *chel home*. Haud secus ac Germani aeque *stadt* vel *chtadt* dicunt; talem permutationem a *francica* vel *teolisca lingua* derivatam arbitramur; ceterum in celtico fundo favorem recepisse non ambigitur; nam eiusdem generis accommodatio in celticae linguae dialectis exstat, exempli gratia, in *che'u* pro *selu* (ecce).

Optimus confusionis abolendae modus videtur si huic litterae *c*, quoties dura sonat, substituatur nota *k*, quoties autem sibilat, nota *ç*. Tum libebit litter[illegible] quoties sibilat, idest prae *i*, litteram *ç* subst[illegible] Verumenimvero *t* in *s* mutare audax nimium vi[illegible] nam si *fiction*, *action* vertantur in *ficsion*, *acsio*[illegible] gus non facile intelliget duplicatam hanc, [illegible] medio, mutationem, algebrico processui valde [illegible]milem. Eveniet ut non simplicior scriptu[illegible] fiat, contra magis implicabitur.

Cedo dum! Volo *acsès* in locum vocis *accès* succedere! non vides *accession* quoque scrip[illegible] *sion*? itaque res singularis in nova orth[illegible] prehendetur, scilicet *cession* cum *c* scribi[illegible] *concession*), quum contra *accession* scribe[illegible] *session*); complicata certe ratio, quae par[illegible] discenda plebem iuvabit!

Denique litteram *z* substituit Barès [illegible] quoties haec, *dulcis* emittitur; evenit ut [illegible] *chozes* et *autres*, *s* in fine vocis *chozes* [illegible] sonet ut *z*; duo ergo genera sonitus in [illegible] Cur mutas quod est, si melior conditio [illegible]tur? Fiet ut scribere debeas *assis*, de [illegible] tractes, si de feminino *assize*. An simplic[illegible]

Servat quidem in desinentia *ρήματος* [illegible] ut tertiae personae pluralis signum, quam[illegible] sonae mutae habeantur. Optime! Suppr[illegible] difficillima erit! hoc tamen facto demonst[illegible] arduum opus sit reformatio, quae facil[illegible] censetur.

Haec hactenus de consonis. De vocal[illegible] adiicere liceat, cum noster non apprime percipiat quae sit inter breviorem et longiorem *i* differentia, puta inter *Lille* et *l'île* (insula). Item de voce *e* aperta (1); suspicamur ab eo distinctionem non optime perpensam esse inter *Rennes* et *Reine*; itidem de *e* in *nucelle* et *zèle*; ac timemus ne, iuxta eius rationem, non modo non melior fiat orthographia, sed omnis corruat orthoepia. Loqui discendum, antequam notatio linguae reformetur: nam signum verbo, non verbum signo cedit.

MONTELUCCIUS.

(1) Hispanice *s* semper sibilat ut *ss*. *C* autem aut ut *k* pronuntiatur, aut (si prae *i* vel *e*) sibilat ut *th* (quo casu *c* in dentalium ordinem transmigrat), quod Britanni vocant *lisp*.

(1) Cuius vocalis tres sunt gradus si rem exactissime inquiras; quod si acutam *e*, et mutam *e* addas, quinque erunt.

"TUBERCOLOSIS„ ARCENDAE RATIO

« UBIVIS patet excultis terris humanitas » - haec recens Guido Baccellius studiorum in Italia summus moderator, in adiziali oratione medicis contra *tubercolosim* Neapoli congregatis - « unus belli clamor, una voluntas exsurgit in morbum hunc letalem, novam veluti humanae vitae philoxeram atque inexorabile excidium, quo populi iuniores vires franguntur, et in singulis aegrotis contagii fomes incenditur, quo magis latens eo perniciosus atque exitialis ». Et sane omnibus constat hodiernas respublicas, easque praecipue, quarum populi industriis artibus magis addicuntur, vel vitam plerumque in officinis conclusam pertrahunt, in morbum hunc teterrimum totis viribus contendere. Rem rogationes permultae testantur de nosocomiis perfectissimis (*sanatoria* vocant) a Pannevitz Germano medico viro clarissimo praecipue oblatae, qui in suae gentis centrali coetu, hac de causa constitutus, a secretis est. Caritatis simul atque humanitatis rationes ubique concurrunt, ut contagium arceatur, beneque valentes corruptionem vitent. Quod quidem inceptum civilis consortii maxime interest atque non tantum privatorum, sed etiam reipublicae opera dignissimum est. Atqui sanatoria huiusmodi certis legibus constitui oportere omnes no[illegible] medici dissertatiuncula, in [illegible] *hygiènique* evulgata, [illegible] Parthenopaeus [illegible]nas habuit. [illegible] ab eo le[illegible] nosocomii [illegible] opus est. [illegible] seli[illegible] mediaque [illegible], vel in colle, [illegible] vallis [illegible] in meridiem pro[illegible] Ager circum late patens, undique a [illegible] arida, cloacis maxima diligentia deductis [illegible] quo melius que[illegible] frugibus carens, aqua contra [illegible] luberrima abundans, et quae facile asservar[illegible] aut unica aut bina contignatione, gradus [illegible]

[illegible] viginti thermometri gradus servabitur; lux electride parietur.

Ut autem familiis operariorum, qui morbo maxime afficiuntur, caveatur, providendum est, utque praeterea domus ad convalescendum erigantur quo[illegible] agriculturae laboribus [illegible]dere aegroti queant: [illegible] postquam e sanatorio exierint operam [illegible] oportet.

Legati Neapoli coacti haec [illegible] sunt, quae recens ex quantitatum comparationis disciplina confirmat, Italorum populum teterrimo hoc morbo parum affici, idque miti aëris nostri suavitate tribuerunt. Et profecto Ausonia tellus stationem praebet saluberrimam, ita ut undique qui hoc morbo detinentur ad nos conveniant, unde saepe ad suos convalescentes redire solent. At aëris temperies minime impedit quominus etiam cives nostri interdum tubercolosi corripiantur.

Cui igitur id tribuendum nisi plebis egestati, qua cives servandam valetudinem necessario negligunt? Inde plane arguitur tanti morbi semen semper abditum manere ubicumque lateat egestas. Non enim satis est officinas maximas lustrasse, vel pro ludis aut scholis leges ad praecavendum morbum constituisse, vel sanatoria aedificasse ad aegrotos colligendos arcendamque corruptionem, aut pecudes corruptos statutis normis reiecisse, nisi maximo huic paupertatis morbo tandem aliquando remedia afferantur.

At ecquis ad rem manus admoveat? Ecquis ex tot gentium moderatoribus tubercolosim propriam esse pauperum morbum sibi persuasum habebit?

R. [illegible].

les, notum esse iure quodam affirmem; iam enim summo ipse homini [illegible] solum ad res necessarias inter se communicandas, sed etiam ad varios animi affectus exprimendos varia vocis modulatione utitur. Quae vocis varietas [illegible] et ipse quodammodo cantus est appellandus. Hanc autem hominum naturae insitam necessitatem facultatemque, quam auctam esse et excultam necesse est, multiplex [illegible] historum [illegible]. Quis enim in [illegible] affectionis [illegible] aliarum [illegible]?

[illegible]

Ita, ut semper [illegible] consentanea [illegible] quaeque natio munera [illegible], cum et saltus accommodatus [illegible], unde suus cuique nationi praeter alios saltus [illegible], ut [illegible] Mazur, [illegible] Germanis der Walzer, Francogallis la [illegible].

Sed quoniam [illegible] et temperatio [illegible].

Res [illegible] cantus, musica, saltus arctissime [illegible]. Constat enim omnes eas artes legibus [illegible] communibus et vivere et regi; inter quas primum locum modi, qui dicuntur, tenent ita, ut [illegible] sine iis cantus, nulla musica, nulla saltatio fieri possit aut cogitari; quamobrem saepissime a poetis memorantur, ut: « fidibus latinis thebanos aptare *modos* », aut: « Dicar . . . princeps aeolium carmen ad italos deduxisse *modos* » (Horat. *Od.* III, 30), aut: « in *modum* dicite » (Catull.), aut: « Cycni longe canoros dant per colla *modos* » (Verg. *Aen.* VII, 700).

Unde et vocabulorum derivatorum, ut: « modulus », « modulari », « modulatus », significatio singularis, quacum praecipue poetas legentibus occurrunt, provenisse videtur, ut « carmina modulari » (Vergil.), « verba fidibus latinis modulari » (Horat.), « lyram modulari » (Tibull.), « moduli lydii » (Plin.), aeque atque in prosa, ut « sonum pulsu pedum modulari » (Liv.).

Quae omnia ad melodiam praecipue sive harmoniam sonorum spectare videntur.

Modis autem proximi sunt *numeri*, qui spatio temporum sive [illegible] constant, et iam ipsa primitiva, rectius dicatur, nativa significatione vocis mensuram sive singulas partes carminis modulati aut musicae aut saltationis indicant; id quod in illo Horatii animadvertimus [illegible] versu: « Nunc pede libero pulsanda tellus »; [illegible] et Francogalli [illegible] Germani den Takt schlagen usurpare videntur.

Quamobrem Cicero etiam de saltatione (*Parad.* 3) ait: « Histrio si paulum se movit extra numerum . . . exsibilatur »; Lucretius (I, 2): « in *numerum* exsultent »; Ovidius: « *numeri* graves – *numeri* impares »; Vergilius autem (*Ecl.* VI, 27) ita canit: « Tum vero in *numerum* Faunosque ferasque videres Ludere, tum rigidas motare cacumina quercus ».

Sed numeri cum *modis* saepe ita permiscentur, ut alteri pro alteris ponantur, ut: « *Numeros* memini [illegible] » (Verg. *Ecl.* IX, 45); ubi [illegible] « *modum* dicite » (Catull.), « *edere* ad tibicinis *modos* »; ubi [illegible] numeros significant.

Immo cum cantus, musica, saltus arcte inter se coniuncta sint, haud difficile iam est exploratu atque inventu, ex quo cantus aut musicae genere unaquaeque emanaverit saltatio. Quo consilio satis erit numeros musicae aut cantus cum saltu comparare. Quod quo facilius fieri possit, natura et leges *numerorum* poetae accuratius et perspicacius sunt investiganda.

Quantum vero iam quaerenti nos adiuvet ars poesis, quamvis [illegible] *modorumque* [illegible] apud [illegible], musica et cantu, [illegible] saltum addam, sint comitata. Sufficit illa Homeri in mentem revocare: [illegible] (*Odyss.* I, 421); aut:

[illegible]
[illegible]
[illegible] ὀρχηθμοῖο
[illegible] ’Οδυσσεύς
[illegible]
[illegible] ἀνεβάλλετο καλὸν ἀείδειν.

(*Odyss.* VIII, 263–266).

Qua de causa etiam pulcrae illae poetarum acclamationes et exordia carminum vocem cantandi aut modulandi in se continent, ut: « Arma virumque *cano* »; aut: « Di . . . ad mea perpetuum deducite tempora *carmen* »; aut: « Silvestrem tenui Musam *meditaris* avena »; aut: « *Carmina* non prius *audita* Musarum sacerdos virginibus puerisque *canto* ».

Itaque, cum musica et cantus veterum omnino nobis deperierint, aut rarissima tantum et manca eorum hic illic manserint vestigia, carminum autem opulentissimus sit servatus thesaurus, ex hoc fonte ea, quam supra attigimus, hauriri potest comparatio.

Quid ergo? Ubi saltus numeros et modos carminis alicuius numeris et modis similes invenimus, iam quasi originem, naturam, leges saltationis simul comperta habemus.

Quae res quo perspicacius exponatur, natura et leges carminum componendorum sunt respiciendae; quod enim carminum causa faciemus, id ipsum etiam ad saltationem spectabit.

Quaenam igitur lex praecipua et fuit semper et esse debet carminum componendorum?

Quodcumque genus eorum investigamus, semper *numerum* esse invenimus, quem a Graecis ῥυθμόν appellatum esse scimus, unde etiam locutiones illas μετὰ ῥυθμοῦ, aut ἐν ῥυθμῷ βαίνειν et ὀρχεῖσθαι, aut ῥυθμοὺς [illegible] effluxisse.

Iam inde apparet eandem esse legem artis carminum struendorum et artis saltandi ita, ut, quae carmina ore aut instrumento canantur, eadem corporis pedumque motu a saltatoribus rhythmice exprimantur. Quamobrem et nomina utriusque artis nonnunquam congruunt, ut et versus carminum et motus saltatorum eodem nomine appellentur, ut iam Horatius et motus saltatorum *ionicos* commemorat, ubi in oda 6 libri III canit: « Motus doceri gaudet *ionicos* », et versus numeris *ionicis* componit, ut ex carm. 12 libri III videmus: « Miserorum est neque amori Dare ludum, neque dulci » etc.

Quin etiam scimus et hac aetate plurima carmina, quae ad cantandum componantur, nomina saltatoria, eundem rhythmum sive numerum spectantia, quem in eiusdem generis saltatione invenimus, trahere solere ita, ut *Walzer* apud Germanos, ut *Mazur* et *Oberek* et *Krakowiak* apud Polonos, ut *Kozak* apud Russos non minus cantentur, quam saltentur.

Ita iam mihi proxime proposito meo accessisse videor, ut sine dubio iure affirmare possim saltationes quasdam ex carminum et musicae numeris sive rhythmo effluxisse et cum iis arcte velut progeniem coniunctas esse. Quis enim neget germanicum *Walzer* carmini, quod hexametron dicitur, consentaneum esse? Nonne eosdem numeros, nonne eundem ictum sive ἄρσιν habet, quam semper in prima syllaba numeri, sive pedis, sentimus audimusque? – ut: « Ad mea perpetuum deducite tempora carmen »; quem versum cum scandimus, musicam *Walzer* audire nobis videmur.

(*Ad proximum numerum*).

IOSEPHUS WABNER.

EX GALLIA


De nova gallicae linguae orthographia

NOVAM in commentario parisiensi, cui nomen *Le Réformiste*, orthographiam commendat atque docet Iohannes Barès, quartum iam hunc annum pertinaciter consilio intendens. Fragosus procul dubio videtur quo utimur gallice scribendi modus, arduis scilicet offensus regulis exceptionibusque pluribus retardatus, ita ut quum nullus sermo *loquendo* clarior luceat, nullus tamen tantis horreat asperitatibus in *initis*.

Nihilominus a Iohanne Barès non rectam eligi viam arbitramur ad propositam reformationem feliciter assequendam; non enim obliviscendum est gallicum sermonem haud pluribus linguis constare; pristinorum ergo dialectorum, a quibus derivatus, originem noscere praestat antequam negotium tam laboriosum suscipiatur; ceterarum quoque linguarum disciplina non inutilis erit, collationis causa, et praecipue formatio restitutioque aliorum apud vicinas gentes sermonum, vigilanter inspicienda, ut extraneis experimentis nitamur.

Sed ad rem pergamus.

Prima, iuxta Barès, intentae reformationis regula versatur in abolitione consonarum duplicium. Quae



Dantis Aligherii sepulcrum Ravennae.

poena, scelerum tamen vel bonis operibus, vel indulgentiarum lucro, vel purgatorii igne exigit piaculum.

Peccati tandem vestigiis ex animo penitus abrasis, atque in integram humanae naturae innocentiam poeta restituto, Beatricis, idest Redemptoris Dei scientiae, opera, novum gratiae virtutumque aedificium exstruitur. Tunc hominum omne genus, prouti vatis persona geritur, e caelo in caelum, vel a perfectione in perfectionem ascendit, quousque supremam salutem, beatificam Dei visionem praelibans, attingat.

Atqui num Pontifex poenitentiae edictum evulgans divitum, quidquam ab huiusmodi meta sibi proposuisse videtur? Immo nonne eadem opera non sunt, quibus Iubilaris Anni finem assequimur? Nonne igitur iure dicendum rationem, qua Dantes indulgentiam solemnem assequi contenderit, *Comoediam* fuisse?

At poema, si quis forte animadvertat, spirituale religiosumve opus non omnino est; civilis enim prudentia ipsi condendo praeluxit, neque mundi commoda atque utilitates, ut caelestia tantum spectaret, poeta praetermisit. Obiecta vero haec, etsi plana nobis renovatae, quam dixerunt, humanitatis filiis appareant, qui caelestia et mundana secum pugnantia effingere nobis assuevimus, absona prorsus poetae viderentur, cui nil antiquius cariusve esse poterat, quam felicitatis forma, terrestria et divina complectens omnibus ex partibus, una pariter consona atque integra. *Comoedia* enim civile opus eo ipso est quod sanctum pariter ac religiosum fuerit, nihilque mirum, hominum immutationem ita vates futuram sperasse, ut et civilis simul et moralis evaderet. Neque enim felicitatis perfectae formae duae esse possunt quae inter sese pugnent; contra vero, dum pariter optimae sunt, rationes ipsas, quibus eas assequamur, vel easdem esse oportet, vel saltem mutuo concordes atque ordinate subiectas.

Ex qua quidem mentis consiliique unitate ab Aligherio adhibita, ut de religionis et de reipublicae negotiis sententiam ferret, satis evincitur quomodo Summi Pontificatus reverentia ab acerrima censoris severitate in nonnullos Pontifices adhibenda illum non retinuerit, ita ut Bonifacium ipsum damnans, contumelias Anagniae ipsi illatas fuerit exsecratus, et Iubilaris Anni, ab eodem Pontifice decreti, se participem fieri voluerit.

Quare dilapsis omnino, quae leviter exsurgant, obiectis, ad unam eamdemque semper conclusionem pergimus, finem Aligheriani operis haud absonum fuisse a causa quam sibi proposuerit Bonifacius, cum Iubilarem Annum MCCC primus edixerit. Ex quibus, licet brevissime consideratis, unum denique praestat, ingenuas artes tunc tantum, cum fidei auxilio confirmentur eiusque spiritu accendantur, immortalem operis vim contingere, indeque esse, ut iure merito ad Aligherii poema iterum hodie omnes confugiant, quo ex eius carminibus verba suavissima hauriant

di quella fede che vince ogni errore.

Vale.

Dat. Romae, kalendis Iuniis An. Iub. MCM.

HENRICUS SALVADORI.

EX DANTE ALIGHERIO

INFERI

CARMEN PRIMUM

Nostrae iter hoc vitae medium cum pergeret aetas,
Me silvae obscurae tenebris circum undique septum,
Namque erat a recto deerratum tramite, sensi.
Hei mihi! qualis erat, quanto (res ardua dictu)
Silva horrore implexa, et fortis, et aspera dumis!
Ipsa potis memori renovare in mente pavorem,
Ipsaque acerba nimis, quantum prope mortis amaror.
Attamen ut referam quae sim bona quantaque nactus,
Cetera quae vidi perspexique ordine pangam.
Haud equidem novim qua tum ratione sub atros
Intrarim lucos: ita me stupor altus habebat,
Cum primum recta excessi regione viarum:
Ast simul ad collem ventum est, ubi desinit ima
Vallis, quae tanta trepidum formidine pectus
Strinxerat, in caelum suspexi, summaque montis
Vestiri radiis ex illo lumine vidi,
Quod bene monstrat iter quaqua tibi versus eunti.
Tum demum paullo metus ille quievit et angor,
Quae totam steterant intus praecordia noctem.
E pelago ut quondam ad litus defessus anhelans
Naufragus eripuit sese, plenosque pericli
Fluctus respectat, fixisque obtutibus haeret;
Sic fugiens etiamnum animus respexit iniquum
Contemplans aditum, qua mors nulli ante pepercit.
Postquam fessa dedi paullum sic membra quieti,
Rursum iter aggredior, rursum loca sola petuntur,
Alter et alternis pede pes depressior haeret.
Ecce autem, montis qua sese attollere moles
Incipit, occursu rapido levis exsilit ante
Pardalis: elucent maculosi tergore villi.
Tum fixa ante oculos nusquam discedere, coeptumque
Intercidere iter, saepe ut retro vertere gressum
Cogerer. At matutini iam temporis aetas
Extulerat lucem, atque illis comitantibus ibat
Sideribus sol, quae secum una aderant, ea movit
Cum divinus Amor primo pulcherrima nutu.
Hinc beluae formosum tegmen, temporis hora
Blandaque tempestas bene me sperare iubebant.
At nova causa metum instaurat, dum saeva leonis
Obiicitur species: alta hic cervice fameque
Horrendus rabida, tremere ut formidine circum
Aëra dixisses, gressum in me tendere visus.
Et lupa prosiliens iam iam irruere, omnibus una
Pressa cupidinibus; macies sic contrahit artus:
Compulit et multas aegram iam ducere vitam
Gentes. Sic mihi terrifico aspectu gravis illa,
Ut spe deciderim culmen contingere posse.
Ac veluti ille est, qui congessit multa libenter,
Tum premat adversum si tempus et omnia perdat,
Tristis multa agitans animo illacrimatque gemitque;
Talis eram, talem procurrens obvia contra
Fecerat illa ferox atque expers bellua pacis,
Cogebatque illac paullatim cedere, qua sol
Usque tacet. Misera deorsum mihi sorte ruenti
Ecce aliquis, reor, ob diuturna silentia vocem
Promens exiguam, occurrit; quem per loca vasta
Ut vidi: — Miserere mei, ocius inclamavi,
Quisquis es aut umbra, aut certe qui luminis auras
Mortalis frueris. — Mihi talia reddidit ille:
— Haud ego mortalis, mortalis munere functus
Iam vitae: Insubres sortitus utrumque parentem,
Mantua quos genuit: sub Caio natus Iulo
Sero quidem, Romaeque bono sub Caesare vixi
Augusto: falsis tunc et mendacibus aris
Dis stabant. Vates cecini armis utrumque
Iustum Anchisiadem, qui Troiae venit ab oris
Postquam res Asiae eversae cecidit superbum
Ignibus absumptum Ilium. At tu fastidia tanta
Quid tu regrederis? Iucundi quin iuga montis
Captas, unde omnis rebus fluit alma voluptas?
— Virgilius tune ergo, tu fons inclytus ille,
Fundens eloquii vena tam divite flumen? —
Subieci admirans suffusaque ora rubore:
— O mihi lux et honor vatum! Si quid meus ardor
Atque tui studium iuvere voluminis, ipse
Namque meus tute auctor es et meus ipse magister,
Unus et unde mihi pulcher stylus exstitit, atque
Omnis partus honor; vides ut fera bellua tergum
Vertere me cogat: miserae defende malignam,
O celebri fama sapiens! ea namque tremore
Venarum pulsus, cunctosque mihi quatit artus.
— Altera iam carpenda tibi via, subdidit ille,
Ut me conspexit lacrimis madida ora rigantem:
Si sedet hoc animo hinc tristes linquere campos,
Si vitare animus: fera namque haec bellua, tantus
Unde tibi clamor, patitur nullum ire per alta
Haec montis, si quem quandoque offendit, at usque
Territat, atque aufert demum cum sanguine vitam.




Dantis Aligherii effigies ex eius cadavere deprompta.

DANTIS ALIGHERII VISUS CENTENARIA COMMEMORATIO

[illegible] Vorgnon [illegible], salutem.

Q[illegible] in [illegible] semper sollicite petiisti ut in [illegible] lingua mihi [illegible] p. C. n. cele-[illegible]



[illegible]

« Finis totius operis et eiusque partis est removere [illegible] statu miseriae, et perducere [illegible] ad statum felicitatis ». Eadem saepe saepius versibus iteratur:

[illegible] a fine o ve più dolci pomi
[illegible] per lo verace duca (1);

[illegible] (2);

. . . per tornare altra volta
[illegible] questo viaggio (3);

(1) *Inferno*, XVI, 61. (2) *Purgatorio*, I, [illegible]. (3) *Purgatorio*, [illegible]

quae quidem perfecti gaudii summa, quo potiri sese vates [illegible] contendit, a proposita christianae doctrinae perfectione minime aberrat; integrum enim totius *Comoediae* consilium pium religiosumque eius indolem profert, nullisque aliis modis ad finem assequendum pergit, nisi quibus ipsa [illegible] doctrina peccatoribus suadet, utque gratiam recuperent commendat [illegible] principia.

Quae vero alia [illegible] VIII [illegible] [illegible] ad universum poenitentiae [illegible] compellerentur? [illegible] [illegible] atque [illegible] [illegible] gratiae [illegible] orbis conversionem significet?

[illegible] viri, [illegible]

[illegible] Evangelii [illegible] Romana Ecclesia [illegible] [illegible] voluntatis viris propitiam maxime occasionem, ut [illegible] [illegible] affirmat; [illegible] [illegible] maxima illa universae humanitatis [illegible] sponte indixit. Quapropter nil reliquum est, nisi ut [illegible] poematis caussam teneamus.

Nec nostra interest an vates iubilarem peregrinationem ipse inierit, licet eruditionis ostentandae gratia multi docte hac de re disputaverint; quidquid enim quisque sentiat, certum est Dantem non effugisse quantum moralis utilitatis pondus ex Urbano illo maximo conventu esset futurum. Quod quidem non ex versibus arguimus satis vulgatis:

Come i Roman per l' esercito molto
l' anno del Giubbileo su per lo ponte
hanno a passar la gente modo tolto (1),

quibus exterior veluti rei forma redditur, at ex iis potius quae Casella enarrat de angelo electorum animas e Tiberinis ostiis ad Purgatorii litora advehente,

(1) *Inferno*, XVIII, 28.

qui plane cum arbiter constitutus fuerit [illegible] ex iis ad expiationem selegendi, tunc contra

Veramente da tre mesi egli ha tolto
chi ha voluto entrar con tutta pace (1);

[illegible] ut aperta magis iubilaris indulgentiae [illegible] frustra desideretur. Quae quidem vatis mens [illegible] pariter sacra significatione plenis versibus [illegible]

. . . a bene sperar m' era cagione
di quella fera alla gaietta pelle,
l' ora del tempo e la dolce stagione (2);

quorum [illegible] poenitentiae et gratiae [illegible] illud tempus plane indicat.

Et profecto Anni Sancti Paschale tempus [illegible] [illegible] dicendum est, quod ad amussim [illegible] [illegible] iter aggrediatur vates elegit.

[illegible] enim Paschatis diebus, [illegible] [illegible] maxime, ad Ecclesiae sacramenta [illegible] fideles accedunt, exomologesis atque synaxis [illegible] mysteriis reficiuntur, divinae amicitiae superna gratia [illegible] pie [illegible], virtutis habitum, quem culpa [illegible], feliciter recuperant. Haec vero poeta [illegible] in itinere praestat: coram angelo, qui ad Purgatorii ostium districto gladio excubat, peccata sua confitetur, Matheldae manibus, quae in lustralem [illegible] fluminis undam illum demergit, sacram veluti synaxim accipit, discedit atque inde puris atque caelum conscendere paratus. Descensus ille, quo Avernum vates lustrat, dum delicta agnoscendi optimum tempus praebet, sacrae exomologesi praeparatio congruens maxime apparet.

Deinde vero expiatorii montis ascensus, atque ingressus in Petri ianuam, operum sensuumque pietatis, poenitentiae atque desiderii, quibus animae illic detentae foventur, participatio, ipsius sacramenti facilis virtus est, quod, deleta culpa eiusque perpetua

(1) *Purgatorio*, II, 99. (2) *Inferno*, I, 41.



Domus Aligheriorum Florentiae.

esset, ut Nymphaeae Fang-Cheng quodammodo nosceret, rediit contra et ipse rescriptis instructus quibus colligendae pecuniae iura nactus fuerat; hoc enim uno remedio silentii servandi securitatem ab eo impetraverant. Dum tamen huiusmodi pecuniae requiruntur, ipse quaestor iuvenes atque puellas alloquens, ut collegii consilia suadeat eorum quampluribus contendit, atque ad tirocinium perducat. Quod praecipue aptis promissionibus assequitur despondens dignitates omnes et honores fortibus praemio futuros, qui in hanc metam constanter adlaboraverint vel fortissime dimicaverint.

Immensa illa credulae multitudinis turba ingenuis sponsionibus fidem habet: nomine vero sectariis scholis dato, moderatorum nutibus parata quovis temporis momento esse oportet. Inde saepe inopinato audimus heic vel illic per latissimi imperii fines seditiones exoriri, oppida comburi, pecudes abripi, sata depopulari, praecipue vero Europaeorum domus et templa dirui, quos magnos Occidentis daemones vocant, eosque nefario furore necari.

Hoc modo ut humanitatis martyrum exercitus augeatur, impius sectariorum furor cum inveterato magistratuum populique odio fatali nexu conlurat.

A. Costaggini.

COMMUNIA VITAE

Venatores et venatoria (1).

Quotidie imbres effusi vel domi cohibebant me prorsus, vel domo abire longius et forte vagari non patiebantur. Praestabat enim amicis carere, quam ipsis adesse, quibus apparerem quasi *Metae Sudantis* barbata nympha pavimentum inundans paludamento, calceis, pileo, quinimo ipsa umbella contracta et ad angulum admota. Hinc diu neque Rostagnum neque Manticam conveni, quibuscum de iis, quae ad venatum sunt, sermonem conferre decreveram, novaque de hodiernis instrumentis venatoriae disciplinae nomina in mente torpebant, immo et voces ipsae plurium quadrupedum singulis propriae speciebus negligebantur. At ubi, vel exhaustis nubibus, vel diuturna pluvia fessis, vel meliorum flamine ventorum abactis alio, vis illa aquarum resedit, et verno sole iucundi caluere dies, misi litteras, et horas locumque notavi, uti libere solutique colloqueremur.

Suburbanae sunt iuxta Flaminiam deliciae, fundus ingens suis et aedificiis et avito dominio Burghesiae gentis nomen fecit, et *Burghesianum rus* appellantur. Sereno laetus et per amoena camporum et revirescentium frondibus arborum spatiari gestiens, Romanus e portis populus ita influebat, ut quasi migrare in locum civitas universa putaretur. Me diligentiores duo illi opperiebant, et « roborarium » delegimus, ubi lux umbris, umbrae luce temperabantur, et marmoreis usi sedilibus, quas pluvia minitante imperfecta reliqueramus, persequuti ultro sumus.

At me de vocibus flagitantem, et a Rostagno meo rogantem plura, fortasse tempori non opportuna nostro, ridens urbanus Mantica repente coercuit. — Et Pallade — inquit — propitia tibi nobisque, et Phoebo, Diana ceterisque numinibus, queis agrorum et collium cura est, queis montana, silvestria, agrestia placent, neque haec modo, sed illa etiam quae minora sunt numina, sive Fauni, sive Dryades, sive Amadryades, sive Napaeae, sive fontani, sive fluviales appellentur Dii, praesto sint, ac te saxis, glebis, truncis, lupis, ursis, et aquis undequaque saepiant, qui sciscitaris animantium voces antequam adipiscaris. Numquid uti scias quos nemorum et quot incolas incolumes, frustra contorto plumbo, dimiseris, etsi territos fragore pulveris repente flammas concipientis, magna de te tonante sociis nunciaturos? Qui truncos arborum nihil contra meditantes tam saepe decorticasti, qui solum, humum, herbas, lapidesque glareasque, nullo contra te patrato crimine, « vulnerasti, perfodisti, plumbo saltem defricasti », putasne optimum de adipiscendis bestiis « garritum, quiritationem, fremitum, vagitum, gannitum, ululatum, fremorem » proprio singulis vocabulo distinguere antequam scias de armis et artibus quibus eorum potiare?

Exclamare tunc ego: — Oh! Perii, me miserum!, perii Manlium in eo nactus, quem Africanum, Syllam in eo quem Caesarem autumabam.

Et mihi Mantica: — Quae te intemperiae tenent? Sapientius ipsi faciemus si rem instaurantes ex integro inde ordinem sumamus dicendi ubi principium et caput faciendorum repererimus.

Quasi haec non sufficerent, latam signat Rostagnus rite sententiam, dum addit: — Ego autem, in venatoriis quam saepissime versatus, antequam proficiscerer, arma, et quae venationem pertinebant omnia et singula ad omega ab alpha lustrabam; cur non et nos idem faciemus de venatione dicturi?

Tunc ego: — Et quoniam funditus perii, ne vosmet vos dissensu meo maceretis, vobiscum volo quae vultis. Attollite igitur pallium, et grandite gradum, et, quae opportuna auditu ducitis, vestro perscrutamini arbitratu.

— Maiores nostri — Rostagnus inquit — non eadem in omnia animalia tela torquebant, sive « missilibus, sive porrectis, sive districtis » uterentur, sed singula quoad ferae vires corpusque temperabant; hinc has arcu sagittaque volucri et levi tot exigua, illas « conto, et hasta, et veruto »; alias, cominus aggressi, « pugione, securi, acinace » confodiebant. « Mataris » et reliquis, quae ex hastilium genere sunt, dimotis, eadem nunc venatori paranda sunt, praeter arcum; nam nunc « manubalistis » pro arcu, et « ignescente pulvere » et « plumbi grandine » utimur, haec tamen omnia secundum ferociam et vastitatem corporis occidendae belluae metimur.

Tunc ego: — Manubalistam dixisti; non inficior a prisco more vocem hanc devenisse, sed fortasse iniquam, certe imparem instrumento venationis hodiernae praecipuo. Balista enim murale tormentum olim, grave bellicis erat in rebus, haec et ingentia in tecta et muros oppugnatae arcis, aut obsessi oppidi saxa intorquebat; unde illud Ovidii (*Trist.* L. el. II):

Neve minus laterum tabulae feriuntur ab undis,
Quam grave balistae moenia pulsat onus.

Ne extenuemus grandia; nefas est. Sit « pyrobalista » ad illos aereos ostendendum tubos, quibus ferreae in muros eiiciuntur pilae vi ignei pulveris intus congesti, nec minus quam mediocribus rebus nomen grande imponamus. Usus Latinarum gentium *focile* et *fucile* machinam eiusmodi dixit, tum quia ignis potentiam servaret interius, focumque apposita favilla eliceret, tum quia favilla haec, pyrite in chalybem vehementius et violentius impacta, ex igniario deducebatur, quod *focile* appellabat. Nunc ergo, si placuerit, « focile » dicamus hoc instrumentum, conveniente usu, et conspirante nomine, aut etiam « sclopum » prout latinis auctoribus, qui XV et XVI saeculo floruere, libuit; hoc autem nomen ex fragore subitaneo datum arbitror, qui apud nos *scoppio* et *schioppo* et patricio et vulgari sermone enuntiatur.

— Non nego — Rostagnus inquit — rem mihi quadrare. Sed quoniam fecistis idoneum, aptum et breve nomen, ex quo facile devenient et « fociliferi », et « focilifabri », et « fociligeri », et « fociliarius » nempe artifex, et « fociliarium » nempe officina in qua conficiantur, idemque locus in quo serventur, atque haec omnia commode possumus significare, edite nunc nomen congruum pulveri flammifero, qui inter ferreas instrumenti parietes includitur.

— Placebitne tibi — Mantica respondit — si dixero?

— Placebit — Rostagnus ait — si rei quo liceat respondeat.

— Eia — prosequutus est ille hoc tacente — ac de me iudicate.

Sed ego moram cogitabundi increpans: — Age! — dicebam — cane, luscinia; pendet enim in te defixum omne nemus.

— Plaudite! — demum exclamat — plaudite novo Archimedi. Εὕρηκα! Pulverem illum vim igneam in granis suis... Proh! Et hac ex re pulvis non est appellandus. Pulvis enim athomis, non granis constat, athomis, inquam, cinere ipsa levioribus, quas aura levis effert in morem nubis per aerem, rapitque, volvitque ad libitum. Quid athomo commune cum granis? Vocabo igitur « pyrograna » neutri generis, et pluralis numeri. Et mox, vestrum repetens morem, dicam: « pyrogranarios » qui in conficiendum incumbunt; « pyrogranarium » neutri generis locum, in quo pyrogranorum acervi servantur, « pyrograniferam » nomine proprio thecam appellabo, qua venatores vobiscum ea ferre soletis.

Plausimus, non ut ipsi morem gereremus, sed quia recte molitus rem fuerat, recteque dixerat, et expresserat.

— Me nunc — Rostagnus ait — sic opus est, meae vices manent, et fungar officio libenter. Duo ex nobis nomina fecerunt aptissima rebus, ut mihi videntur; utinam et vobis compar excedam de ludo, in quem impulistis! Superest autem ut loquar de plumbo missili, quod frustim in globulos plus minusve exiguos e focili iaculatur. Absolvam illuc rediens unde orsus. Plumbei globuli aptandi sunt animalium viribus, moli, feritati; hinc triplex erit huius plumbi distributio, triplex et nomen. Quae aut minusculis, aut delicatissimis animantibus, praesertim volucribus, quas inter honoris causa nomino turdos, alaudas, ficedulas, paros, motacillas, fringillas, attagenes, acredulas et coturnices, praesertim, inquam, conveniunt, ne vulnus nimium auferat, plumbea minima semper; delicata quippe aut exigua corpora super omne exiguum plumbeae grandinis flagitant, quod milii frumenti vix molem exsuperet. Num, si dicamus hoc missilium genus « plumbimilium », a veritate aberrabimus? Sunt autem robustiores volucres, quos vel nimia pluma obtegente, vel validioribus nervis corpora firmantibus, vel calidiore oculo prospiciente, plumbimilium si longius fatorum non attigit, si propius non occidit, et vulneratos, alibi obituros, excedere sinit. Hos autem grandiusculis plumbeis globulis adipiscimur, nempe viciae granis magnitudine paribus. Hoc ergo plumbeae grandinis genus « plumbiviciam » dicemus foemineo nomine, nam globuli huiusmodi viciam mole et sphaera aequant, quibus potiere facillime sturnis, turturibus, picis, passeribus, merulis, et quotquot hisce pares habebis. Quia vero sunt graviores et robustiores his aves, ut anser, anas, querquedula, cornix, phasianus, perdix, ardea, scolopax, fulix, multaque huiusmodi, adstruetur, et quidem in usu est, « plumbivicia maior ». Habebimus itaque plumbiviciae species duas; maiorem scilicet ac minorem; et maiore quidem felicius utemur in lepores, in vulpeculas, in martes, in sciuros, in hystrices, in glires et in reliqua huiusmodi. Quae autem habenda sunt in cervos et damas et capreas et lupos et apros, haec nomine proprio « plumbipilas » dicemus, si una aut duabus tantum pro quovis iactu utamur; in tribus, vel quatuor, vel quinque ad summum « plumbipilulas » nuncupare licebit, imminuta voce « pila » in « pilulam ».

Haec ferens ultima stetit, et circumspiciens, ad nos demum conversus virgilianis hortatur:

Surgite; summa procul villarum culmina fumant,
Maioresque cadunt altis de montibus umbrae.

Colloquio laeti remigramus Romam, constituta die, qua rursus aut huic similes, aut huic pares vesperae celebrentur.

H. De Vecchi Pieralice.

PECULIARE DONUM SOCIO DATUM

Cl. vir Gerardus Langenberg, qui, prout suo loco diximus, peculiare donum sortitus est sociis a nobis oblatum, ubi primum rem cognovit, ad nos misit epistolam, quae sequitur:


Summo cum gaudio in commentario tuo *V. U.* legi mihi obtigisse praeclarum illud donum, thecam auream, qua SS. D. Pius IX utebatur, atque ut hunc in modum eam ad me mittendam cures rogo. Ad R. enim D. Henricum Hasenkamp, dr. iur., ecclesiae cathedralis Monasteriensis vicarium, qui hoc tempore Romae commoratur

(1) Vid. an. III, n. IX.

[illegible] haud illa est [illegible] : non illa voracem
Esca [illegible] quod, [illegible] omnis in illa
Carnea cibi est, [illegible] magis furit ardor edendi.
Illa etiam sibi multa [illegible] animalia [illegible]
[illegible] sibi plura, priusquam
[illegible] Genis illa [illegible] dolore
[illegible] cupido,
[illegible] alma.
[illegible] e sanguine ducat,
[illegible] per vulnera mortem
[illegible] Camillaque virgo
[illegible]

[illegible]

Ideirco [illegible] humani momen[illegible] quod [illegible] assequaris et mens [illegible] Potuit [illegible]




[illegible] ? Ergo [illegible] Alig[illegible] quibus [illegible] fabula[illegible] [illegible] tis, [illegible] qua [illegible] iis [illegible] quod idem [illegible] comme-morandis rebus a nostra memoria remotissimis. Neque enim exercendi [illegible] gratia illa [illegible], sed suae si-

DE SECRETIS SINENSIUM SECTIS

DEPOPULATIONES et incendia, homin[illegible] pecuduumque rapinae, ceteraque huius[illegible] pugiles illi, atrox sicariorum collegium, i[illegible] narum expeditionum domus per Sinensi[illegible] fines ubique patrant, omnium animos com[illegible] Attamen nec insolita, nec miranda haec c[illegible] dentur cui vel intima Sinensium reipub[illegible] perspecta fuerint, vel collegiorum huiusmo[illegible] quae, prouti in civilibus vicissitudinibus s[illegible] solet, ad instar Europaeorum sectarum, [illegible] pus iam saeculum indesinenter comm[illegible] imperii fata immutare praecipue contend[illegible]

Sed sacerdotes ex Europa profecti [illegible] in Sinis optime dicent, [illegible] huiusmodi origines, [illegible] fine[illegible] [illegible] ad nos. [illegible] opportunum [illegible] maxim[illegible] hac [illegible] epistolis d[illegible] [illegible] primis [illegible] [illegible] vid[illegible] [illegible] Nymphaeae, quae notissima inte[illegible] [illegible] scelerum seditionumque [illegible] co[illegible] [illegible] ex Chan-tong [illegible] ubi pariter principem [illegible] plerique suspicantur, [illegible], tamquam e [illegible] per singulas imperii provincias dif[illegible] [illegible] tamen et indoles nonnisi [illegible] eiusdem sub specie finis, quem [illegible] xvi [illegible] ingenuae stirpis [illegible] [illegible] expellerent, [illegible] legitimum regnum restituerent. Haec [illegible] reliqua [illegible] assidue, ut, quo[illegible]mque aggrediantur, [illegible]orum nomen et [illegible], quos sui im[illegible] maxime hostes habent, deleant omnino.



Comitia, veluti etiam inter nostras gentes in[illegible]

Prob[illegible] [illegible] quo feliciter superato, novae [illegible] [illegible]ribili nomen datur. Nepoti, qui [illegible] ut collegii mysteria, cui ille adscit[illegible] [illegible] secreta cui[illegible] ap[illegible] [illegible]vatur [illegible]ravi ». His fe[illegible] legi[illegible] [illegible]tur.

Prob[illegible] tempore in t[illegible] acta [illegible] [illegible] probatio fe[illegible] [illegible] electio[illegible] [illegible] [illegible]mittitur [illegible] [illegible] altera admissionis, altera re[illegible] [illegible] tiro [illegible] [illegible] Quam si fa[illegible] [illegible]

Sed huiusmodi exordientium tributis pecunia ad[illegible] [illegible] quae quotannis stipe collecta ad principes confluit, ut duplici consilio inserviat, tum pro universo collegio administrando, tum pro Fang-Cheng. Fang-Cheng autem vox, duobus verbis conflata, quoddam libertatis opus dicitur, quo dum avium ceterarumve belluarum vincula forte resolvuntur, totius populi emancipatio ab imperiali iugo significatur. At eius ritus et coeremoniae nemini hactenus explorata sunt, et cum quidam pecuniarum collectorem usque ad Chan-tong urbem insectatus [illegible]

[illegible] et, quantu [illegible] [illegible] ac [illegible], Latet igitur sub iis ci[illegible] [illegible] Sappho Leopardius, in eaque specie [illegible] sub Saulo Alferius, latet [illegible]

— Desine [illegible] supercilio. — Nam si [illegible] horrore perstringit [illegible] praeconium. En quomodo vos novarum [illegible] in[illegible]genii [illegible] scholae vestrae iucundissimae [illegible], sed impiae mentes evadunt civium. Olim

Musa dedit fidibus divos puerosque deorum (1);

nunc vobis [illegible] Satanam dedit.

Audito [illegible] Marcus cum phiala aquae lustralis. Gul. Trebatius. — Recede — inquit; — huic enim [illegible] est semper Oceanus.

Ob hanc [illegible] via esset ad reliquam [illegible], lente surrexit Lollius [illegible] coque ceteri [illegible] Marcus, tacentibus omnibus: — Mihi quidem — inquit — litterati homines plerique videntur aliquid cum Satana habere commercii. Nam, ut in *Coenaniae* dialogo legi, et Orpheus, et Homerus, et Vergilius et Aligherius et Miltonus tartareo rege usi sunt perquam familiariter. Atque ipse novi sacerdotem quendam poetam, qui feria VI maioris hebdomadae, quum sacra mysteria solemni pompa circumferenda ostendisset populo, Aligherio plenus ut erat, haec verba praeivit: « Vexilla regis prodeunt inferni ». Frustra et oculis et digitis adstantes administri tentarunt extremas voces canentis abrumpere; frustra mihi, tali die, quaesita aqua lustralis. Infelix ille statim erroris admonitus, suspirans mussitavit: « Nescit vox missa reverti ». Cui eventui coniuncta est recordatio alterius poetae curionis, qui, dum frustra nititur ostiolum reserare arcae sanctissimae: « Ecquis », inquit, « ecquis intus diabolus latet? »

[illegible] haec, non tam [illegible] quam [illegible]. Tum ille: — Scio quidem [illegible] [illegible], quae vos disputatis, [illegible] loqui. Sed id [illegible] spectabam, ut [illegible], non litteras tantum, sed ora hominum atque [illegible] Satanae plena. Magnum igitur quiddam hunc [illegible] necesse est, de quo silere nec volentes possunt nec [illegible].

Treb. — Magnum, hercle, imo [illegible] malum. Plorari autem mala possunt; laudari [illegible].

Marc. — Sed tuus ille *Navigerus* [illegible]. Nam, si dii gentium censentur daemonia, [illegible] est daemonis [illegible].

Treb. — [illegible], sed celeri [illegible] quam [illegible].

Marc. — [illegible] humanae rationis vires [illegible] mortales celebrarent. At si qui mea est famae celebritas, haec in [illegible] dirigendis et in verrendo templi pavimento tota consistit. Quamobrem tartareae illae dotes tibi potius [illegible], docte Trebati, qui multas artes et ius anceps apprime calles.

Ad haec senex, ira percitus, pyxidem pulveri nicotiano asservando impegit audaci, qui subducto corpore, se cito proripuit. Accessit iratum Philippus, blandeque demulcens oravit ut in gratiam cum [illegible] rediret; parcendum homini ignaro ac rudi, qui Satanae ingenium [illegible] tribuisset honoris causa; mentis praestantiam viriumque robur vel in hoste posse laudari; [illegible] « prudentiam tenebrarum » esse admirationi propositam.

(Ad proximum numerum).

P. ANGELINI.

(1) Hor. *Ad Pis.* 83.

PER ORBEM

Quod primum defuit iucundo horum dierum itineri sol ipse fuit, sol quo ver floret, caelum renidet, messis multiplicatur, vinum maturat. Eum die Maii mensis vigesimanona saeve obscuratum vidimus; quo insolito tenebrarum prodigio non tantum homines, sed et pecudes et plantae, universaque immo natura insolita tristitia affecta apparuit. At cum ea quae alteri luctum, alteri contra laetitiam parere saepe soleant, astronomi omnes caelorumque investigatores monstro gavisi sunt, maxime qui in Iberia atque in Lusitania et in Mauritania, vel Berberia, fervidissimis sole regionibus, versabantur et rem curiose exspectatam optima commoditate perscrutati sunt.

Ex iis itaque certiores facti sumus binas verrucas in solis facie eminentes esse animadversas, et mercurii columnam, prae frigore, lucis defectione perdurante, quinque lineolas usque in vitrea fistula descendisse.

♆

Haud vero scio an huiusmodi obnubilationis tenebrarumque tristis effectus exstiterit imbrium indesinens profluvium, quo ab initis veris diebus, pro renidentibus solis radiis et florida agrorum messe, non aliter ac hyperborei incolae vel aquaticae anseres, quotidie perfundimur. Inde Ausoniae pleraque flumina ubique alveum exsuperantes sata pervaserunt, pontes atque vias pessumdedere, ut pluribus in locis nonnisi militum manu gravissima damna praepedire datum sit.

♆

Similia Brasilianae reipublicae cives lugent ad Bonearensem urbem caput, ita plane, ut ad binas iam altitudinis mensuras hinc inde fluctus invadentes excreverint, detrimentaque ab iis inlata ad centies centena millia libellarum enumerentur. Quibus si pestifera lues addatur, quae Sancti Pauli civitatem minitatur, civium anxietates nusquam ferme graviores habendae erunt.

♆

Ad Budam, Hungarorum regalem urbem, pariter castigata loca audivimus: praeruptis enim nubibus, tam saeva procella surrexit, ut violentissima imbrium effusione plurimi incolae demersi a torrentium fluctibus perierint, alii contra fulminis ictu percussi.

♆

Sunt hae, omnesque inter se, ut videtis, persimiles, recentes vices. Nullane aquaticis huiusmodi infortuniis medela?

Immo tutior et utilior apud ipsos Germanos. Sodalitium enim constitutum est, cuius opera peculiaria eaque aptissima ac plurima feretra exstruentur, ut omnes qui in marino itinere mala sorte praerepti fuerint, tuto sepulcro donati, in navigiorum scapho, salva ceterorum valetudine, quiescere possint, portum una cum vivis attingere, atque hoc uno saltem desideratissimo frui solatio, ut in terra sepeliantur. Erunt igitur cuique navi medici, addicti, qui cadavera balsamo atque unguentis illinire optime sciant, tantoque operi expertissimam manum conferant. Hi autem, satis certo salutis augurio, una cum ordinariis medicis viatorum epulis et ipsi adstabunt, et cum iis vitam per iter omne communem vivent. Grati profecto convectores!

VIATOR.

VARIA

Finis orbi terrarum ingruitne, an multis abhinc annis incepit?

Primae quaestionis huius interrogationi sapiens, vel physicis vel Biblicis argumentis innixus, docta plus minusve coniectura respondeat. Altera quaestionis pars risu digna homerico videtur, et, apud humaniores, benigno excipienda silentio, non sine aliqua commiserationis cogitatione, qua urgemur ad medicum vel pharmacopolam deprecandum, ut helleboro Anticyrae optimo potionem rite conditam dicenti misceat.

At quid erit si dicam nonnullos, immo plures, esse, qui haec insana non modo sentiant, sed fateantur, sed praedicent, sed vel aliis suadere conentur?

Societas hominum haec, quippe tot sunt ut quamdam efficiant quasi conditam et adstrictam religione societatem, fert, perhibet, arguit orbem terrarum ab anno 1844 iam desiisse, ita porro ut finis inceperit, at nondum suprema et extrema contigerit.

Qui nomen animumque huic societati apponunt *Adventistae*, titulum ipsi sibi fecere, quorum numerus quotidie crescens ex foederatis Americae septemtrionalis, ex Germanicis, ex Italis, ex Moschis, ceterisque gentibus quae Daniam, quae Norvegiam, quae Sueviam incolunt, quinque et sexaginta millia continet asseclarum.

Vicies centena millia libellarum impenduntur quotannis ad propagandam religionem hoc dogmate imbutam et imbuentem, quae insuper typographaea undecim, sex ac octoginta inservientes ephemerides, quindecim nationes, sex ac triginta idiomata, quadringenta millia... legentium saltem sua placide possidet. Composito *possidet* scripsi, nam nullum ingenium sine aliqua mixtura dementiae creditur.

Parumne haec? Addam, o lectores, quae vestram exspectationem longe lateque superabunt.

Viginti quinque abhinc annis - totidem enumerat annos morbi huius origo - edidit octingenta et viginti quinque volumina, quae (ephemerides addite) triginta et quadrigenta centena millia libellarum dedere scribentibus atque vendentibus, scholasticos instituit ludos, nosocomia, templa ad Caput Africae, in insulis Havai, inter Sinenses, apud insulas Samoas et Fitias, tum apud Matabeles et Asciantes innotuit, et, propagata semel, eadem pariter edidit.

Pyroscaphum sibi proprium habet, quo ad vehendos apostolos suos per Oceanum utitur, neque submisse et in aure, sed praeeunte quasi tubicine conclamat placitum diis ut ipsa populis omnibus potiatur.

Ecquis auctor? Tanti latet viri nomen in tenebris, hoc autem contigisse credo quia laborare amentia homines arbitrati sunt eum, qui talia primus effudit.

At curnam effudit? Quippe in Sacris legerat Libris, post restauratas Hierosolymas, humano superesse generi duo millia ac ter centum dies, qui Biblico more « diem pro anno dedi tibi » (Ezechiel), totidem anni reputandi sunt. Quum autem Ierusalem quadringentesimo quadragesimo septimo ante Christum anno restaurata fuerit, annus Christi 1844 ultimus rebus omnibus sublunaris planetae constituebatur.

Verum *Adventistae*, quos non mediocriter collabefactat caelum nondum recedens sicut liber involutus, et elementa omnia non dissoluta supremis ignibus, caussam afferunt qua rerum adhuc ordo perdurat: Deus, aiunt, initium iam fecit supremo iudicio, et interea moratur dum totus est in scrutandis Adami, atque Adamitarum sceleribus ante diluvium patratis!...

Post haec... *risum teneatis, amici!*

✱

Electrofraenum.

Quid irrefraenabilius equo currente in praeceps, vel terrore aliquo concitante, vel aemulatione concepta? Atque haec saepenumero perniciem fecere insedentibus, curribusque tractis ruinam, stantibus in curru plerumque mortem.

Duo ex Gallia viri, quos maxime atque optime de humano genere meritos dicam, apparatu quodam electro-magnetico, brevissimis et angustissimis circumcluso spatiis, theca nempe, cui decem centimetra quadrata sint pro quovis aequa, hoc assequuti sunt, ut vel concitus, vel ruens quadrupes illico et immediate consistat; nam duo fila, quae fraenis hinc et inde sunt, auriga premente, electricum flumen in ossa et nervos furiantis immittunt, quo debilitati nervi concussaque ossa repente omnem potentiam abeundi adimunt, atque omne infaustum possibile amovetur.

Si de curribus agatur, locus ubique est adaequae thecule, si de equis ephippio vehentibus, talis theca ipsa est, ut vel in globo, vel in ephippio coram additur ad pulcritudinem, facillime abdatur.

Qui rem experimento probarunt, affirmant equos exsilientes, exsultantes, ruentes data electride statim ad mansuetudinem agni, et ad immobilitatem devenisse.

✱

Ioci.

Leo fugiens etsi non vivus.

Dominus tabernae vinariae, cui a Leone nomen, pictorem adiit ut cauponae stemma colore deduceret epistylio imponendum. Pictor, facetus homo petenti: — Leonem et pingam; at catena obstrictum visne, an solutum et liberum? — Tum caupo: — Ecquid ista interrogatio? Tua res agitur, ac tibi videris. Quid ad me? — Sed contra pictor: — Tua, tibique immo tota res est; nam si catenam pingere debuero, picturae insuper catenae pretium accedet. — Et avarus caupo: — Non emam pluris obstrictum compede, quam solutum! Pinge liberum, ut minoris emam. — Quid — inquit pictor — si liber aufugerit, data libertatis optione optime usus? — Tu — dixit herus — pinge liberum; mei erit, quominus abeat prohibere. Clavis affigam parieti tabulam. — Conficiam — respondit Apelles ille pedaneus. — Et caupone abeunte, dilutis aqua coloribus nullo intermixto glutine, sandaracha nulla adhibita, nulloque linei olei unguine superfuso, miram effinxit leonis imaginem assurgentis in iras et impetum meditantis.

Ad cauponem perfert, et mercedem pro labore laudato et optimo accepit opimam. Epistylio opus imponitur. Verum ubi pluviae ventis actae in tabulam irruerunt, liquefactus imbre color abivit, et nulla superfuit imago leonis.

Tum caupo pictorem adire, exclamare se fraude, se dolo pictoris deceptum; iure se acturum ut pictor tabulae leonem redderet haerentem. — Atqui — respondit gravis pictor — de re te monueram; diffugiit leo, sicut praedixeram, quoniam nullo constrictum vinculo voluisti.

Ita avarus ille duplici argento mulctatus est; nam iterum stemma imposuit, sed catenis undequaque revinctum.

P. d. V.

[illegible] illud cum testimonio [illegible] mihi tradat, atque ad [illegible] si forte [illegible], addam, nomine meo [illegible].

G. Langenberg.
[illegible]

Pro isto autem dono, quo nihil sacerdoti catholico iucundius evenire posse credo, gratias ago maximas. Vale.

D. Monasterii VII id. Mai. a. D. MDCCCC.

[illegible] P. D. Henricus Hasenkamp superio[illegible] nos [illegible] commendati[illegible] redegit. [illegible]

Vox Urbis.

ANNALES

[illegible]

[illegible] apparet, quod praesidio ad Tien-tsin [illegible] urbem via ferrea [illegible].

Vir Gerardus Langenberg, qui [illegible] ad Tsung-li-Yamen [illegible] ad custodiendam imperialem scholam, litteras atque [illegible], ut nocerent plane esse [illegible] Russis factum milites mittendi ut perduellium seditio cohiberetur. Negavit Tsung-li-Yamen; certum vero est Russos maiores quotidie copias in Port-Arthur peninsulam immittere. Res omnis aleae plena atque periculis maxime obnoxia undique apparet.

*

Mauritaniae eventus similes perturbationes praeferunt. Gallorum milites cum insulas omnes per Sahara desertum iam occupaverint, bellum, quod sanctum dicunt, inter Mauritanos exardescens timentes, nova quotidie magis praesidia ad eorum fines constituunt; neque id (si *Times* diario fidem habeamus) nimis Anglis displicebit, qui ut progrediantur Galli libenter sinent, dummodo ne Tafilalet fines unquam [illegible]. Interea perduellium copiae contra Maurorum imperatorem coactae, ad Tarundat urbem inita pugna, hostes fuderunt, ipsumque imperatoris [illegible] inter [illegible].

*

Ultima huiusmodi ex America innotuerunt: in Texas Americani nordici foederis republica, ad Sancti Augustini urbem, seditio exarsit, in qua plerique tum e civium tum e militum factione periere. In Columbia perduelles ad Panama moenia appropinquant, at in Colon [illegible] *Mathias*, Nordici foederis navis, [illegible], si forte perduelles urbem aggressi fuerint, ipsa [illegible] cives tueatur.

Hi sunt postremi XIX saeculi fructus!

Poplicola.

PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS

[illegible]

In [illegible], quem [illegible] expen[illegible] legatorum [illegible] comitia [illegible].

In [illegible] populi [illegible], [illegible] victoria [illegible] evasit, quorum octoginta quinque electi sunt, cum contra, liberales qui appellantur et socialistae [illegible] tantum oratores obtinerent.

In Gallia, vix senatorum aula iterum aperta est, contra reipublicae administros acerrimae orationes habitae, vel quod [illegible] adversarii arguant, vel quod socialistarum factioni nimium concedere. Attamen ne, [illegible] recognitio manet, respublica gubernatores vel [illegible] careret, suffragia sibi propitia semel [illegible]. Verum Galliffet praefectus [illegible], belli administer, sese a munere abdicavit, atque ei [illegible] André suffectus est.

In [illegible] rogatio de navalibus copiis augendis co[illegible] populi oratores examinatur, illaque potissimi eius [illegible] approbati sunt, quorum alter vectigalia auget, ut novae expensae ad rem [illegible] valeant.

In Italia oratorum populi electiones summis administris tantum ex parte exitum praebuere secundum; licet enim iis faventium oratorum numerus auctus sit, crevit etiam socialistarum et adfinium agmen infensum.

Scriba.

LIBRORUM RECENSIO

Arnaldo Bonaventura. La poesia neo-latina in Italia, dal secolo XIV al presente. Saggio e versioni poetiche. – Tiferni ex officina S. Lapi editoris, a. 1900.

Poetarum series, qui a saeculo XIV ad nos latina fudere carmina, velint nolint praeteritae humanitatis [illegible], haud mediocriter in Italorum vitam influxit, adeo ut nemo satis excultus planeque eruditus videatur, quin aliquam ipsorum notitiam attigerit. Latet plerosque nihilominus is thesaurus, quem vel ipsi studiosi litterarum non plus inde hauriant in scholis, quam quantulum tradi solet ex historia italicorum scriptorum, iidemque a Vergilii et Flacci doctis imitatoribus cognoscendis abstineant.

Haud equidem latet, complures cum Gregorovio ita sentire, poetas istos aut conservatae aut instauratae latinitatis inanimum quid ac superfluum exhibere. Sed liceat doctissimi viri sententiam iis quodammodo temperare, quae in Romanae urbis historia habet Burckardtus, affirmans, duas maxime res conservationi et incremento latinae poesis adiumento fuisse, hinc pronum ingenium paratamque cultiorum civium voluntatem, hinc excitatum in multis priscae artis vitaeque desiderium; quibus conditionibus, quidquid boni pulcrique attulerint novi illi poetae, id suum esse, non adscitum, ad inventionem pertinere, non ad imitationem.

Huic opinioni quicumque accedunt, non sine voluptate ac plausu excipient novae poesis latinae collectos flores, italico versu redditos; pulcherrimum opus a cl. viro Arnaldo Bonaventura conflatum. Cuius poesis historiam docto et erudito sermone idem persequitur, suam cuiusque aetatis et scriptoris indolem, cultum, progressus referens, poetas recensens, subtili iudicio aestimans. Ducto initio ab *eclogis* Ioannis de Virgilio ac Dantis Alligherii, pergit itaque ad aequalium nostrorum specimina, inter quae, nec numero pauca nec anterioribus virtute minora, amplissimum videtur locum tribuere carminibus Leonis XIII P. M. quem Latiae musae admirandum cultorem vocat, eundemque affirmat a flebili elegia ad salsum epigramma, a sacris hymnis ad festivos lusus, omne paene carminis genus delibasse sic, ut et gratia sermonis et dignitate sententiarum commendetur maxime.

[illegible] lice redditi poetarum loci, non temere delecti, non periculose, sed exquisito iudicio ac prudenti. Nec fortasse quidquam perutili huic libro deesse censeremus, nisi desiderium teneret latinae lectionis, quam prae oculis habere studiosos latinitatis peropportunum ducimus.

P. Q.

AENIGMATA

I.

Recte si legis, en vivum tu cernis ubique.
Sumis retrorsum? Proferet arte faber.

II. (1)

Audis si *primum*, mandat submittere terram.
Mox e conspectu cedas tibi praecipit *alter*.
Tertius in Baal cecidit bis semper, et ampla
En Asiae praebet *totus* tibi protinus ora.

I. Castelli.

(1) Aenigma catenatum, quod dicunt.

Ex sociis qui utriusque aenigmatis interpretationem ad commentarii moderatores miserint [illegible], unus, sortitione, gratis accipiet opus cui titulus:

PLINII EPISTOLAE
Edidit Keil. Lipsiae ex off. Teubneriana.

Aenigmata ann. III, n. VIII proposita his respondent:

1) A / I / O } ra. 2) [illegible]-ena.

Ea rite soluta miserunt:

Ed. Bianco, *Roma* – Guil. Schenz, *Ratisbona* – Ver. Carlolato, *Vicentia* – Seminarium Campaniense *ad Salernum* – Ad. Artioli, *Ferrariae* – Ios. Wilhelm, *Canterbury* – Aug. Paul, *Birlad in Romania* – F. Sallaris, *Sabadello* – Ad. [illegible], [illegible] – Mich. Jezienski, *Leopoli* – Herm. Gini, *Taurinis aquis* – Alph. Dejaer, *Poussel* – Patr. Garrone, *Bozzinae ad Vercellas* – [illegible] Sernatinger, *Dresda* – Ios. Crosatti, *Poiano Vallispolicellae, in agro Veronensi* – A. Chevènement, *Nods* – Car. Stegmüller, *Subaria* – Alex. P. Gent, *Lambertville* – Io. Bapt. [illegible], *Albano* – V. Hertel, *Mendhausen* – Bart. Salvà, *Aria, in insula Maiorica* – Ant. M. Contini, Episcopus [illegible] – Ios. Castelli, Al. Ranieri, *Bergomo* – V. Laskin, *Raslaul* – I. Falconbridge, *Toronto in Canada* – Alois. Frachetti, *Mangalore in India* – [illegible] Rakoczy, *Sendomiria in Polonia* – Aldis. Cappelli, *Senis*.

Sortitus est praemium:

I. Falconbridge,

ad quem missum est opus, cui titulus:

MANUTII PAULI EPISTULAE SELECTAE
Ed. M. Fickelscherer Lipsiae ex offic. Teubn.

Sponsor: Ioannes Baptista Ciampi, iurisperitus.

Romae – Ex Officina Forzani et Socii.